

Auent, ne quid obterant imprudentes, tantaq; illi imbecillioris hui^o gregis reuerentia, vt vel feri ex arietis cōspectu mirificē cicurentur, lenesq; atq; tractabiles fiant. autor Plutarchus Symposiacōn XII. Quid quōd aberrantem hominē in solitudine factum obuiam nō modō nō trucidant, aut alia afficiunt iniuria, sed clementer & placide se duces præbent, & viam illi cōmonstrant? Quod verō de sermone dicebamus, quē patrium intelligent, ac etiam certū eos inter se habere tradit Oppianus, verū nō nisi à magistris suis intellectū. Iam illud ætati nostræ claro innotuit experimento, eos magistri sui dicto audientes esse, siue progrediendum, siue regrediendū sit: quē feriat, quibus abstineant, quos inuadant, vbi temperandum iræ, ex ipsius magistri sermone cognoscere: vt nō immerito confirmata sit opinio, huiusmodi esse quandā illi belluæ cū genere humano societatē, vt M. Tullij dictum ea re super identidem usurpemus. Cūm igitur elephas iusti & moderati imperij species quodāmodo esse videatur, me rito Regis nomē, tū ob virtutes, quas superius in eo recensuimus, tū ob hanc ipsam manuētudinem atq; clementiā adeptus est. **M. Antonius cognomento**

B Philosophus, nihil quicquam esse dicebat quod Imperatorem Romanū magis commendaret gentibus, quām clemētia, eaq; de causa, neq; quidē in rebelles suos sœvitum voluit. Hæc Cælarem Deorū adscripsit numero, hæc Augustū consecrauit, hæc Pio cognomentum dedit, hac eadem de causa Senatus Rō. ti more eo liberatus, quem ex Maximini Imp. immanitate cōtraxerat, clementissi mis Imp. Maximo Balbino et Gordiano sta

tuas cū elephantis decreuit. Quamuis alia de causa Gordiano tertio quadrigæ elephantorum decretæ sunt, quippe vt qui Persas vici set triumpho Perfico triumpharet. Sed qualis ea in animali bruto māfuetudo fuit, quā recitat Plutarchus Romæ cùm pueri quidam per lasciuiam elephāti promuscidem stylis pu pugissent, iratus ille vnum ex illis arripuit, eū in sublime iaculaturus, sublatoq; ad hoc p̄ metu puerorum ingenti clamore, socij mori

C turi vicem deplorantium, tanto omnium mōre elephas intellectō, arreptum puerum humili molliter depositus, satis habens metu illo puerilem audaciam castigasse.

Q Vamuis verō ita natura mansueti sint, in iras tamen acriter incitātur, perturbatiq; irritatione (aliqua acerbiore immaniter efferaſcū) Iustus enim vt in Diuinis habet literis, cùm irascitur, peior est) eo casu tā hostibus quām ductoribus suis perniciosi. Quā in eo animali naturā cùm nō ignoraret Annibal, eā in vsum suū cōuertit: quippe cùm in prælati fluminis transitū elephātos compellere nō posset, neq; materię qua naues cōficeret copiā haberet, ferocissimū elephāte sub aure vulnerari iūsit, percussoremq; transnatao statim flu mine procurrere: elephas exasperatus ad persequendum sui doloris autorem, transiuit amnem, & ita reliquis idem audendi exemplum fecit, vt Stratagēmatō libro primo apud Iulium Frontinū habetur: idq; in traicioendo Rhodano factum Liuius tradit: quamuis variatam actā rei memoriam esse confiteatur. Sanè Mauri affirmant cor duplex elephanto esse, altero quidē irasci, altero ad lenitatem induci: atq; hoc illud est quod horum vtrunq; munus supra modū

I R A L A C E S S I T A.

